

jus antiquum collectum est, (quod per eundem virum excellsum Tribonianū, nec non cæteros viros illos illustres & facundissimos confecimus) in quatuor libros easdem Institutiones partiri jussimus, ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa.

§. 5. In quibus breviter expositum est, & quod antea obtinebat a, & quod postea, desuetudine in umbratum b, Imperiali remedio il. Luminatum est.

ut sequitur. Nam quod in desuetudinis umbrâ relictum est, id nec in hos libros recipiendum fuit.

### III. Confirmatio Institutionum.

§. 6. Quæ ex omnibus antiquorum a Institutionibus, & præcipue ex commentariis Caji nostri tam Institutionū, quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis, cum tres viri prudentes prædicti, nobis obtulerunt, & legimus, & recognovimus, & plenissimum nostrarum constitu-

gesta (quia illa confirmata sunt die 21. Novemb. ann. 533. isthac vero, die 15. Decemb. anno eod.) tamen conceptæ sint post ea: indeque nec mirum videri debeat, quod Institutiones corrigant nonnulla eorum quæ in Digestis proponuntur.

a) subintell. & adhuc obtinet:

b) nota, in umbratum, sed tamen postea illuminatum:

a) Ictorum scil. ex qua rū Scriptis & ipsa Digesta composita sunt. Extant adhuc hodie fragmenta quædam ex corpore Ulpianianis, item ex Institutionibus Caji: Quæ tamen, ut & alia, ex quibus jus Iustinianeum collectum est, nullius amplius autoritatis, nec olim fuisse, constat ex l. tanta z. (quæ est constitutio de cōf. Digest.) §. hac igitur. n.

A 3 tionum